

queret. Dū igitur pgeret appuit ei dñs ihs. Tūc
petrus p̄c̄dens in terrā veniā petijt ab hoc q̄ eū
dereliquit ⁊ pluries eū negauit. Dñs aut̄ p̄c̄a sibi
dimittēs dicit ei vt cōfirmet etiā fr̄es suos. St̄at
igit̄ ⁊ cū gaudio colloquūtur ad inuicē. Hic igit̄ si
milit̄ magnū sit pascha. Petrus vero bñd̄ictiōe ac
cepta rediens ad dñam ⁊ ad discipulos oīa narra
uit et deinceps in oībus fidelis multū deo fuit ⁊c.

Dominus aut̄ ihesus cū discessisset a petro nō
dū visitauerat scōs pr̄es post resurrectionē
suā quos in paradiso deliciarū dimiserat. Redijt igit̄
ad eos p̄cedens in stola candida cū multitudie an
geloz. quē ip̄i in tāta gloriā aspicientes a lōge cū
indiciabili gaudio exultatione et iubilo canticis et
laudib⁹ suscepērūt. ⁊ p̄c̄dētes in terrā adorauerūt
Et surgētes ⁊ stantes corā eo reuerēter et iocunde
cōpleuerunt laudes suas. Appropinq̄te autē hora
vespertina dicit eis dñs ihs q̄ ceteris amicis cōso
latis cito reuerti vellet. ⁊ benedicēs eis discessit.

Quā apparuit eūtib⁹ in emaus.

Quoniam igitur duo ex discipulis irēt vers⁹ cas
tellum emaus quasi desperati de ip̄o ⁊ tristes
de his que acciderant cōferendo. Venit dñs ihesus
⁊ iuxit se illis ī sp̄e pegrini ⁊ ibat cū illis interro
gās ⁊ respōdēns cōferens verba salubria. Tandē
coactus ab eis intrauit cum illis. et manifestauit

se ipsis. Considera hic multiplicem bonitatem et benignitatem domini. Primo quod non potuit eius feruens amor sustinere suos sic errare et contristari. Vere fidus amicus est fidelis comes et benignus dominus. iungit se ipsis. querit tristitiam eorum et exponit eis scripturas inflammans corda ipsorum. Sic quotidie nobiscum facit spiritualiter. si aliquis enim gravatus perplexitate vel acedia de ipso loquitur statim adest confortans et illuminans corda nostra et etiam inflammans in amorem sui. Optimum enim remedium est contra tales perplexitates loqui de deo. similiter et cogitare. Secundo considera bonitatem eius non solum ex amore (ut dixi) sed etiam ex humilitate profunda. Conspice namque ipsum quomodo humiliter vadit cum eis dominus omnium. quasi unus ex ipsis. Nonne tibi videtur ad primordia humilitatis redisse? Sed et in alio attende dominum humilitatem. quia non est dedignatus hos discipulos inferioris gradus. non ei erant isti de apostolis sed de alijs minoribus discipulis et tamen familiariter iungit se ipsis. Vadit et loquitur cum eis non ei sic faciunt elati. nolunt enim nisi cum principibus viris conversari et ambulare. Item in alio hoc relucet sua humilitas. nam si phidēs elatos. videret quod nolunt verba ampliusa spergere in paucos. quod ea predicata reputarent. nec eos reputarent dignos ea suscipere. sed dominus est cum duobus loquitur archana sua. non vilipendit paucos. nec etiam

vnā ficut olim fecit cū samarīthana. Tercio cōfide
ra dñi benignitatē et vide qūo instruit discipulos
suos s̄monib⁹ vuis q̄ etiā cor eorū ardebat qū do
min⁹ ihs loquitur eis in via. ecce qūo eos reficit
et consolatur. et qūo fingit se lōgius ire. vt eorum
augeat desiderii et mutet et tēpēt ab eis. Vnde
Bernardus. Simulabat se longius ire ideo. quia
hoc volebat audire. Mane nobiscum dñe quoniam
aduesperascit. Cōspice etiā quomodo postea benignē
intrat cū eis Panē accipit et benedicēs manib⁹
sacratissimis suis frāgit et porrigit et seipm eis re
uelat. Et istud facit quotidie nobiscū inuisibiliter
Nam teneri vult et etiā inuitari per desideria oratio
nes et scās meditatiōes. Et ideo oportet semp ora
re et nō deficere. Ista etiam facit ad nostram erudi
tionē vt scilicet intēdamus in dpra pietatis et hos
pitalitatis. et q̄modo nō sufficit diuina eloquia le
gere vel audire nisi op̄e cōpleantur. quia dñs nō
est cognitus dū loquerēt. et dignatus est cognos
ci dum pascit. Non autē dedit istis discipulis suis
tunc magnam sui copiam. sed statim porrecto eis
pane euauit ab oculis eorū. Nā etiam alios p̄sola
ri volebat. cum q̄bus tamen et istos est cōsolatus.

Quo apparuit discipulis ianuis clausis.

Redierunt ergo duo predicti discipuli statim
in iherusalem. et inueniētes alios discipulos